



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 15. Cur videatur Assa nutricibus dici solitum. Emendatus quidam
Varronis locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Cur rideatur *Affa* nutricibus dici solitum. Emendatus quidem Varronis locus.

C A P. X V.

Quod Nonius *affas* nutrices olim vocatas esse scribit, quia affint eis quos nutritant, id quam verum videbimus. Fortassis enim verius est esse à Græco *τάρανθης τέλος, οὐλα, τὸ γένετα, τροφίων, τὸ πάππα,* n. A. C. *τριτονός, αστραφού,* ait Eustathius. Sed quod hominum eruditus putat, se apud ipsum Nonium eius vocis exemplum reperisse in exemplo Varrotis ab eo adducto, cum verbi *Betere* notionem explicat, de eo mihi quidem longè aliter videtur. Verba Varronis in verbis libris ita scripta sunt: *Affanos multos quodd ea non poterat mulier, eum betere foras iussit.* quæ is, Veientum dico ita emendat: *Affæ non multo post, quod ea parvæ non poterat mulier, eum betere foras iussit.* & tamen ibi affam vobari non nutricem, sed obstetricem. Quod si admitteremus, nō tamen dicendum esset, remen exemplum eius quod Nonius dixerat; sed rem tam aliam significationem nominis *Affa*, quæ ipsum quoque latuisset Nonium, neque usquam à veteribus solita esset. Id autem quam credibile sit, non disputum mihi certè nondum displicer, quod de illis Varro's verbis iampridem existimau: ea pertinere ad Sp. Caruilium, qui primus Romanorū vxorem repudiascitur, non quod eius mores aut ingenium parum probaret, sed quod coniugem se velle diceret liberorum quærendorum gratia: illam autem sterilem esse. Logo igitur hoc modo: *A se annos multos quod capare non poterat mulier, eam betere foras iussit.* Erat enim hoc quoque verbum usitatum in regudijs. Cicero: *Claues arietum foras exegit.* Martialis: *Vxor vade foras, aut moles vice nostris.*

Emendatio

Luxori
lectione

III
5